

tes. Intentus paratusque miles ut ordo agminis in aciem adfisteret. Vifis Cheruscorum ceteris, quæ per ferociam proruperant, validissimos equitum incurere latus, Stertinium cum ceteris turmis circumgredi, tergæ inuadere iubet, ipse in tempore adfuturus. Interea pulcherrimū augurium octo^b aquilæ petere sylvas, & intrare visæ, imperatorem aduertere: exclamat, irent, sequerentur Romanas aues, propria legionum numina. Simul pedestris acies infertur, & præmissus eques postremos, ac latera impulit. Mirumque dictu, duo hostium agmina a diuersa fuga, qui syluam tuerant in aperta, qui campis adfiterant, in syluam ruebant. Medii inter hos Cherusci collibus detrudebantur, inter quos insignis Arminius manu, voce, vulnere sustentabat pugnam. Incubueratque sagittariis, illà rupturus, ni Rhætorum, Vindelicorumque, & Gallicæ cohortes signa obiecissent: nisi tamen corporis & impetu equi peruasit, oblitus faciem suo cruore, ne nosceretur. quidam adgnitum à Chauicis inter auxilia Romana agentibus, emissumque tradiderunt. Virtus seu fraus eadem Inguiomero effugium dedit. Ceteri passim trucidati. & plerisque tranare Visurgim conantes iniecta tela aut vis fluminis, postremò moles ruentium, & incidentes ripæ operuere. quidam turpi fuga in summa arborum nisi, ramisque se occultantes, ad motis sagittariis per ludibrium figebantur: alios prorutæ arbores adflixere. Magna ea victoria, neque cruenta nobis fuit. Quinta ab hora diei ad noctem casti hostes, decem millia passuum cadaueribus atque armis oppleuere, repertis inter spolia eorum catenis, quas in Romanos, ut non dubio euentu porta-

¹ Sic 3. histor. aduertit ca. res Vespasiani animum.

² Sic lib. xv. Annal. cum per her, atque talia Marcellus inue hertur tonus & minax voce, vultu, oculis ar deseret &c. & lib. 3. histor. ubi plurimus labor vnde alitua fiet cōtho, gna ni, voce infignis hosti, &c. & eod. lib. is in vallum re- gellus, deur- batus qui red- ferent, conspi- cius manu, ac voce capta ca- lita conclama- nit & li. 3. hist. firi do pugone occurrit arma- nis, & itelus ex probans, &c. modò manū, modò voce ver- tento in se per- cutores, &c. ; sic Virg. 2. A- neid. dolus an virtus, quis in hoiter requirit?

OBSERVATIONES.

- a Et hoc inter præcipua militaris disciplinæ capita connumerari debet, ut cum instat proelium, intentus, paratusque miles sit, ut ordo agminis in aciem adfistat, hoc est, ut non confusus, sed quo quisque loco consistere debet, eo stet.
- b Cum aquilæ essent aues Romanæ, ipsæque ad eò legionum numina, non mirum est si, ubicunque aspicerentur, id Romanis pulcherrimum augurium erat. Sic lib. 1. hist. latum, inquit, augurium Fabio Valenti, exercituique quem in bellum cogebat, ipso profectiois die, aquila leui meatu, prout agmen incederet, velut dux via præuolauit, longumque per spatium in gaudentium militum clamor, ea quies interrita alitis fuit, ut, haud dubium magnæ & prosperæ rei omen acciperetur.
- c Non vulgaris prudentiæ est, singula fortuita, cisi futillia alioquin videri possunt, in sapientiam vertere; nec tam veritati, quam multitudinis opinioni, prout res postulât, subscribere. ita Germanicus sapientissimè aquilarum fortè præteruolantium augurio usus est ad instammandos militum animos, ut alacrius, tanquam Deo duce, ac victoriam certi in hostem ferrentur.
- d In fuga rationis est nihil; fugit quæ quisque potest.
- e Is demum dux mihi tanquam fortis, & acer probatur, qui inter suos effuse fugientes ipse insignis manu, voce, vulnere, si fortè vulneratus est, sustentat pugnam; hoc est, & ducis, & militis munia simul obit, eaque ratione inclinatum, aut etiam perditam rem restituit.
- f Plerumque accidit, ut, qui insolenter sibi victoriam ante pugnam in manibus esse gloriatur, huius iactantia infelici exitu concludatur.

uerant